

garumq; carmina & deuotiones fugientem, & inter cætera ait, sedandi amoris
gratia herbas quæsitas, quæ æneis falcibus searentur. Hæc res non' ne quæ-
stione digna est, unde Vergilio æneæ falces in mentem uenerint: Ponam ita-
que Vergilianos uersus, mox & inde Sophoclis, quos Maro æmulatus est,
Falcibus & messæ ad lunam quæruntur ahenis,
Pubentes herbæ nigri cum lacte ueneni.

Sophoclis autem tragœdia id de quo quærimus, etiam titulo præfert. In-
scribitur enim Rhizotomoi. in qua Medeam describit maleficas herbas secan-
tem, sed auersam, ne ui noxijs odoris ipsa interficeretur, & succum quidem her-
barum in cados æneos refundentem, ipsas autem herbas æneis falcibus execan-
tem. Sophoclis uersus hi sunt:

Hæc Sophocles. Quo autore sine dubio Vergilius protulit æneas falces.
Omino aut ad rem diuinā pleraq; ænea adhiberi solita, multa indicio sunt, &
in his maximè sacrīs, qbus delinire alijs, aut deuouere, aut deniq; exigere mor-
bos uolebant. Taceo illud Plautinū cum ait: Me cū habet pagus, morbus, æs,
& qd alibi Vergilius, Curetū sonitus crepitantiaq; æra. Sed Carminij curio-
sissimi & doctiuerba ponā, qui in libro de Italia. ii. sic ait: Prius itaq; & Thiu-
scos æneo uomere uti, cum cōderentur urbes, solitos, in traiectitijs eorū sacrīs
inuenio: & in Sabinis ex ære cultros, qbus sacerdotes tōderent. Post hæc Car-
minij v̄ba, longū fiat, si uelim pcensere, q; multis in locis Græcor̄ uetustissi-
mi aeris sonos tanq; rem ualidissimā adhibere soliti sunt. Sed p̄senti op̄i docuiſ
se nos sufficit, falces æneas Maronis, exēplo Græci autoris inductas.

In libro nono Vergilius posuit hos uersus:

Stabat in egregijs Arcensis filius armis,
Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera,
Insignis facie, genitor quem miserat Arcens,
Eductum matris luco Symetia circum
Flumina, pinguis ubi & placabilis ara Palici.

Quis hic Palicus deus, uel potius qui dīj Palici, nam duo sunt, apud nullū
penitus autorem Latinum q; sciam reperi, sed de Græcor̄ penitissimis literis
hanc historiam eruit Maro. Nam primū ut Symetus fluuius, cuius in his uer-
sibus meminit, in Sicilia est, ita & dīj Palici in Sicilia colūtur, q; primū om̄i-
um Aeschylus tragicus, uir utiq; Siculus, in literas dedit. Interpretationē quo-
que nominis eorū, quam Græci έπιμολογίαν uocant, expressit uersibus suis. Sed
priusquam uersus Aeschyli ponam, paucis explanāda est historia Palicorum.
In Sicilia Symetus fluuius est. Iuxta hunc Nympha Thalia cōpressu lous gra-
uida, metu Iunonis optauit, ut sibi terra dehisceret, quod & factum est. Sed ubi
uenit tempus maturitatis infantum, quos aluo illa gestauerat, reclusa terra est,
& duo infantes de aluo Thaliæ progressi, emerserunt: appellatiq; sunt Palici
ἀπὸ τῷ πάλη περέσ, quoniam prius in terram mersi, denuo inde reuersi sunt. Nec
longè inde lacus breues sunt, sed immensum profundi, aquarum scaturigine
semper ebullientes, quos incolæ crateras uocant, & nomine Dellos appellant,
fratresq;